

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Caspar Mauritius Nicolaus Botius

**De Mysterio Trinitatis Ex Utroque Testamento Coniunctim Asserto, Exercitatio
Historico-Theologica tum thetik tum antithetik ex parte etiam apologetik**

Rostochi[i]: Richelius, 1657

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740012819>

Druck Freier  Zugang



Ru. Med 1657
Caspar Mauritius
Prot.: Nicolaus Potius



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn740012819/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740012819/phys_0002)

DFG

21

DE MYSTERIO TRINITATIS EX UTROQVE TESTA- MENTO CONJUN- CTIM ASSERTO,

*Exercitatio Historico-Theologica
item filiorum utrumque ex parte etiam demonstrans.*

Quam

Propitio Numine
Consentiente Facultate Theologica

SUB PRÆSIDIO
SPECTABILIS p. t. DECANI

VIRI

Admod. Reverendi, Amplissimi & Excellencissimi

DN. CASPARI MAURITII,
SS. Th D. celeberrimi ejusdemq; Professoris ordinarii,
ad D. Mar. Past. & Rostoch. Superintendentis meritissimi,
Præceptoris, Fautoris ac Promotoris sui æter-
num venerandi,

IN AUDITORIO MAJORI

Die VI. Junii horis antemeridianis

Examini publico subiecti


NICOLAUS BOTIUS, Rostochiensis.

•6) (o) (9)

ROSTOCHI,

Typis Johannis Richelii, Senatus Typogr. 1657.

1657



LIBERIA. LIBERIA. LIBERIA.

§. I.



Nscriptio sive Titulus
præsentis Disputationis est de
MYSTERIO TRINITATIS EX
UTROQVE TESTAMENTO
CONJUNCTIM ASSERTO.
Mysterium communiter derivatur
δότε τοὺς μύειν vel μύεσθαι. Nonnemo
de Termino Vitæ Disp. II. cap. 4. §. 8

Mysterium non δότε τοὺς μύειν i. e. sacris
initiate, sed ab Ebræo γένος latere seu occultum esse descendere
dicit. Verum præterquam quod illorum, qui derivant à Græco
μύειν vel μύεσθαι, deductio introducatur à primitivo falso iis im-
posito, non patitur ab eo deduci recepta vocabuli MYSTERICI
significatio nec regulatis formatio. Non esse autem ab Ebræo
γένος ratio in mundo est. Scribendum enim fuisse apud Græcos
μυστήρια: Sigvidem γένος Ebræorum in serie Alphabeti respondet δ.,
Græcorum.

§. II. MYSTERIUM rem quamlibet arcanam & abstru-
sam denotat. Ex usu vero LXX. Dan. II. comm. 18. & 19. & Seri-
ptorum N. T Rom. II. com. 25. Eph. V. com. 32. &c. rem significat,
qua propterea viribus absque spiritu revelatione cognosci aut
indagari non potest. Hac ratione omnes fidei articuli sunt My-
steria. Eminent tamen inter omnes de INCARNATIONE
Unus, de TRINITATE alter. Egregia in hanc rem sunt verba Svetozar d. XXX. Metaph. l. 17. n. 29. Si humanum ingenium solo lumine nature
discurreret, vel nunquam incidaret in similes quæstiones de impossibilitate
korum mysteriorum, quia etiam in notitiam apprehensivam eorum non
deveniret, vel certè, si audiendo aliquid, vel alio casu in eas incideret, ex-

istimaret inesse illis repugnantiam aliquam & contradictionem, vel ad summum, si aliquis esset nimium prudens & cordatus, intelligeret se non posse de illis rebus judicium ferre: quia in naturâ non sunt ulla principia, quæ directè ostendant in his rebus non esse repugnantiam, nec etiam sunt aliqua, quæ sufficienter repugnantiam ostendant.

§. III. Conati sunt è Christianis nonnulli (Mornæus de V. R. C. cap. V. & VI. cui satisfecit B. D. Jacobus Martini Qvæst. Phil. Disp. V. qvæst. 7. Keckermannus lib. I. System. Theol. cap. 3, qvem ob id reprehendit B. D. Meisnerus part. I. Phil. Sobr. sct. IV. cap. 9. q. 2. & Gerhardus in med. Stud. Theol. p. 113; annumeravit abusibus Philosophiæ. Post hos de tali audaciâ conqueritur Magnif. Dn. D. Dorscheus Vind. Interv. pro M. T. cap. XVII. sed refutavit celeb. Dn. D. Musæus Disp. peculiari in fine tract. de Usu Princip. &c. adjectâ. Keckermannus Vindicem habuit Vedelium in Rationali Theologico. Sed Wendelinus in System. Theol. Maj. p. 210. hunc esse verborum illius sensum, qvemadmodum adducunt Meisnerus, Gerhardus, non negat: Et Patronum habuerunt D. Museum de Usu Princ. &c. lib. I. c. 23. p. 217 seq. Hugo Victorinus & alii qvorum argumenta recenset & diluit D. Vekenius Prof. Coloniensis de DEO Trino d. XXXV. p. 566.) mysterium Trinitatis è lumine naturæ demonstrare. Sed conatus illorum frustra est.

§. IV. Mysterium hoc etiam in Gentilitatem manasse communis fert sententia & ostendere nititur testimonii in medium allatis ex scriptis Zoroastris, Orphei &c. Elias Schedius de DIS Germ. Syngr. I. cap. 12. p. 220. Qvod, si tale quid concedendum, non lumini naturæ, sed vel ipsarum scripturarum lectioni vel aliorum relationi acceptum ferendum.

Nota: Elias Schedius de DIS Germ. Syngr. I. cap. 12. p. 222. ut probet Trinitatem gentilibus non fuisse ignorantem, inter alia adducit testimoniū ex Trismegisto. Verum Trismegisti scripta esse ψευδή probat Isaac Casaub. Exercit. ad Appar. Annal. Baronij. XVIII. p. 66. seq. quem hac ipsa in re adducunt Dn. D. Dorscheus Vend. Interv. pro M. T. cap. XXI. § 12. Dn. D. Waltherus Praef. in Ep. ad Ebr. p. 15. nec latum, quod dicitur, unquam ab eo recedant. Meminit etiam Dionys. Areopag Ep. VII. ad

VII. ad Polycarpum, quod transeat: cum scripta illa suppositio
à Chemnitio L.T. de DEO p. 25. Gerhardo de SS. p. 139. §. 376. de
N. D. p. 209. §. 11. p. 286. §. 192. &c. Vossio de Idol p. XI. &c. Ca-
lixto de duab. quest. § 58. J. Martini Exerc. Met. p. 536. Meisne-
ro Dec. I. Anthrop. S. p. 82. Glassio Phil. S. lib. I. p. 299 Châ-
miero Panstrat. Cathol. Tom. I. lib. 6. c. 5. n. 5. Forbesio Instruct.
Historico-Theol. lib. I. Schrödero Apod. de Imag. § 83. Rhein-
boht contra Kedden aliquoties. Davide Christiani cens. in Ep.
Irenicam Rosenthalis &c. etiam sub ejus nomine citentur. Non
item quando p. 227. Dionysio Pseudareopagitæ, ut eum vocat Dn.
D. Dorscheus T. Z. cap. IX. §. 194. Pseudo Dionysio & Dionysio
non Areopagitæ ut Cl. Salmasius Appar. ad primat. Papæ. p. 83.
tribuit librum de Trinitate. Cl. Gerb. Joh. Vossius lib. VII H. P.
part. II. p. 749. Dionysium dictum Areopagitam Valentinianis
tempore vixisse sibi videri verisimile dicit. Lib. VII. verò. ejus-
dem H. P. part. I. p. 724. illum Theodosii Junioris (Magni credo,
siquidem bic Valentinianum Il. presso insecurus est pede. At in-
ter Valentinianum II. & Theodosium Juniores aliquam multi
intermedij reperiuntur anni.) tempore vixisse verisimilibus se
adduci conjecturis dicit. Clarissimus Philoxenus dum in vivis
erat D. Calixtus de duabus quest. §. 58. illum vix ante quintum
seculum vixisse conjicit. Carterum ac quiesco iudicio Magni nostri
Chemnitij Orat. dicit. Patrum præfixa LL. TT. Hoc constat
apud omnes, inquire, non esse certi auctoris: nec quo tempore sint
scripta farile colligi posset.

§. V. Platonicos agnoscit SS. Trinitatis mysterium, ductu ni-
mirum & instinctu naturali, non asserendum dicit Cl. D.N.M Watsonius Dissert. de Subst. immob. & mob. §. 12. Clüverus in primo
Germ. antiquæ cap. XXIX. vult priscos Germanos, eò quod Cæsar
lib. VI. belli Gallici de Diis illorum scribat: Deorum numero eos so-
los ducunt, quos cernunt & quorum aperte opibus juvantur Solem, Vul-
canum & Lunam: sub istis numinibus coluisse Trinitatem. Sed
negat Geth. Joh. Vossius lib. I. de O. & P. Idol. cap. XXXVII. p.
271. Utrumque de aliis, sive Græci sint sive Sicili, seu Barbari seu
Romani negare ausim.

S. VI. Exemplum de Ente ejusq; affectionib; qvod mutatur ab iis, qui scripsere $\alpha\mu\epsilon\alpha$ & $\Phi\omega\tau\eta$ ad probandam personarum Trinitatem contra Adversarios nihil valet. Ens enim esentia divina, affectiones vero attributis respondere conferenti patebit. Nec de anima ejusq; facultatibus: ubi, et si unaq; que facultas suam habeat proprietatem, nihilominus una manet anima, qvod jam olim concedebat Sabellius.

S. VII. Ad differentiam aliorum mysteriorum & præprimis Mysterii INCARNATIONIS, articulus de DEO TRINO dicitur Mysterium TRINITATIS. Vocabulum TRINITATIS eti non sit $\alpha\omega\lambda\cdot\xi\alpha\epsilon\gamma\gamma\epsilon\phi\eta\eta$, non est simpliciter $\alpha\gamma\gamma\epsilon\phi\eta\eta$. Habeatur in Scripturā licet non in abstracto, tamen in concreto I. Joh. V. v. 7.

S. VIII. TRINITAS hoc loco non accipitur, ut significet unum, quasi Pater, Filius & Sp. S. nuda sint nomina uni personæ diversis temporibus imposita, ut statuit Præxæs, Noëtus, Sabellius, Priscillianus, Theodoricus Philippi Anabaptistarum Coryphaeus: sed trium suppositorum Unitatem essentialē.

Nota: Baronius ad A. C. 428. n. 25. Priscillianistas denominationem sortitos à Priscillâ non à Priscilliano afferit: Montanistæ seu Priscillianistæ, inquit, sic dicti à Priscillâ non à Priscilliano. Sed contrarium testatur Augustinus ad Qvod vult DEUM baref. LXX. Priscillianistæ, quos in Hispania Priscillianus instituit maximè Gnosticorum & Manichæorum dogmata permixta sectantur. Schultetus in Med. Theal. Part. II. p. 588. analys. Scriptorum Epiphanij, ex quo dubio procul hoc habet Baronius, agens de Priscillianis, meminit etiam Priscille. Sed p. 726. bunc Epiphanium in Chronologicis & bistoricis narrationibus multū sèpè ab aliis discrepare, dicit. If. Caſaub. in Exerc. anti-Baron. p. 112. 2. p. 308. 2. &c. lapsus aliquot ejus notat D. Calixtus in Hist. Mag. p. 12. idem facit. D. Fewrbornius item Disp. de Agnoet. V. & R. p. 9. §. 13.

S. IX. Qvāq; nullum nomen satis explicare possit quid ista tria Pater, Filius & Sp. S. in DEO sint; melioristamen distinctionis gratiâ, aliis etiam expressa reperitur TRINITAS. Apud Græcos

Græcos ιωσαήεις, ὁ Φιλούμενος & πρόσωπα audit. Latinis in
usu est, eam vocare personas & vocabulo Græco sed latinitati do-
nato Hypostases.

§. X. Non convenit autem inter Theologos de vocabulo
ιωσαήεις, quo sensu scriptura illam usurpat. B. D. Chemnitius
L. T. de tribus perl. div. p. 36. dicit de loco Ebr. I. v. 3. quod nunc in
Ecclesiâ usitatè ιωσαήεις vocamus ιωσαήεις ibi appellari. Contrarium
tenet B. D. Hornejus Expos. lit. v. 3. cap. I. Ep. ad Ebr. Ut concilie-
tur horum virorum apparenter pugnans sententia, dicendum, fili-
um esse imaginem personæ, ut nihilominus sit essentiæ χαρακτηριστικη.

§. XI. Scriptura qvidem utitur Ebr. I. v. 3. sed non plus vice sim-
plici sensu intento. Sed quod dicitur Pater est Persona, Filius est Per-
sona, Sp. S. est Persona: vel, ut retineam verba Symboli Athanasiani
(quod tamen Athanasii esse negat, nec immerito Vir magnus Gerh.
Joh. Vossius Dissert. II. de tribus Symb. §. XI. p. 45 Excell. D. Ca-
lixtus admonit. de Symb. Apost. subjunctione libris de Doctrinâ Chri-
stianâ, Fide & Symbolo Augustini, ut & Vincentii Lerinensis com-
monit: Existimo de Symbolo Athanasiano, inquit p. 279, non ab Atha-
nasio confessum, sed à discipulis doctrinam ejus summatis ob oculos pone-
re volentibus) Αλλη εσιν ιωσαήεις τοι παρεγός, αλλη τοι ιψε, αλλη τοι
αγία πνευματισθε. Alia est persona Patris, alia Filii, alia Sp. S. hoc
factum ab Ecclesiâ.

Nota: Nonnemo de Symb. Apost. cap. IX. §. 24. p. 78. ob crudelem
istum canonem: Si quis vult salvus fieri &c. Gerb. Job. Vossi-
um in gratiam Arminianorum istas concinnasse Dissertationes
dicit. Alius declar. Apost. de laudibus Arminij §. 111. p. 105. Cl.
Gerb. Job. Vossius, inquit, numeratur vulgo inter Arminianos,
& nisi me communis rumor fallit, Remonstrantibus ortum de-
bet. Verum Forbesius Doctor Calvinianus judicium illius super
Instruct. Historico-Theol. requisivit & operi praesagi curavit. In
illo vero Gerb. Job. Vossius ita: Confido, qui antea diffense-
runt, his lectis, conventuros non paucos, saltem in illis re-
ligionis capitibus, super quibus in sex Conciliis universa-
libus vel Africanis etiam & Arausionensi olim convenit.
Quinovit Acta illorum Conciliorum, illum Arminianismireum

agere

agere nefas ducet. Et si illi fuisset addictus, judicium illius non
requisivisset Forbesius. Calvinianis quoque absque ullam tergi-
versatione accenset Excell. Dn. D. Hülfsem. in Jud. de Calixt. de-
bet §. 6. D. Voëtius in de Symb. Apost. vocat Dissertationes istas
eruditum scriptum. Quid multis? De seipso tale perhibet te-
stimonium lib. I. de O. & P. Idol. c. XXXVII. p. 271. Unum,
verum, æternum DEUM in Trinitate sanctè credo. Eapro-
pter subinde in sequentibus pro ipsius, quod spectat hunc articu-
lum orthodoxia ex scriptis que sunt genuinus ipsius fatus: &
Dionysii Vossii magni Patris haut degeneris filij notis in R. Mosis
Maim. unum atque alterum adscribam testimonium.

S. XII. Ethnicos quoque suam Hecaten vocasse Τεργέτων
testatur locus chariclidæ apud Athenæum in VII. Δέσμον Εγείη
Τεργέτην, Τεργέθεα, Τεργέτων, Τεργάλις οὐλόμενην. Domina He-
cate Trivia, triformis, triplici facie, qua mulieris triglis. Ac Maronis
est IV. Æneid.

Tergeminamq; Hecaten tria Virginis ora Diana.

Verum ab his non didicit Ecclesia, nec hanc imitati sunt illi. Rur-
sus: non est ea mens Ethnicis, quæ est Ecclesiæ. Variorum au-
tem varias explicationes vide apud Frid. Taubm. ad l. c. Virgilii.

S. XIII. Non sunt quoque silentio involvendæ, quæ olim de
vocabulis τεργέτων & personæ inter Ecclesiam Orientalem &
Occidentalem subortæ rixæ fuerint. Græci, quod tota secularium lite-
narum Schola nihil aliud τεργέτων nisi στοῖα novit ut inquit Hiero-
nymus Ep. 57. ad Damas. videbantur Latinis voce τεργέτων tres
στοῖα sive essentias statuere. Latini verò Græcis vocabulo personæ
inter Patrem, Filium & Sp. S. non realē, sed solum rationis dis-
crimen agnoscere: eò quod persona certi muneris respectum deno-
tet. Quæ rixæ tantæ animorum exacerbatione fuere continua-
tus, ut periculum esset, ut scribit Gregor. Naz. de laudibus Atha-
nasii, ne orbis terrarum fines una cum Syllabis à se distinherentur. Pro-
gressu tamen temporis, cedentibus Patribus Græcis Latinis, eò res
devenit, ut hi more Græcorum tres hypostases: illi verò ad imitati-
onem Latinorum tria τεργέτων dicarent. Initium factum tem-
pore

pore Athanasii. Cujus etiam opera arduum hoc negotium est compositum. Plenior tamen horum vocabulorum sine discrimine usus, paulò post Hieronymi tempora obtinuisse videtur. Is enim l.c. dicere tres hypostases adhuc vetuit. Cl. Salmasius in funere L. H. p. 208. ad tempora Phrynichi refert.

§. XIV. TRINITA S hæc solidis utriusq; Testamenti dictis jam est probanda. Probatur autem eadem ipsa, ut alicubi ordinat gravissimus Theologus Dn. D. Waltherus I. primariò per evidētem illationem. II. Secundariò per pluralitatis locutionem Gen. I. v. 26. Gen. III. v. 22. Gen. XI. v. 7. III. Indirectè per probatorum illustrationem. Cæterū, missis duabus posterioribus classib; è solā primā contra pertinacem adversarium, qvi Mysterium Trinitatis in dubium vocat, argumenta defumi debent.

§. XV. Dubium a. alicui oriri posset, an in Scripturā utriusq; Testamenti solida & adversariorum convincentia reperiantur dicta? cum V. T. ea sit natura, ut quod in N. T. patet, in illo lateat. Unde est, quod nonnulli dicunt, illud ibidem insinuari, innui.

§. XVI. Sunt vero I. qvi dictis & testimoniis V. T. adhiberi solitis vim probandi propè omnem admunt. B. D. QVISTORPIUS in Annot. Bibl. ad Ef. VI. v. 3 Ex voce Sanctus, ter repetit à, argumentum, quod pertinacem adversarium constringat, peti non posse, dicit. Pl. Rev. Dn. D. Michaelis Prof. Gryphisw. §. 27. Disp. Inaug. ibid. Anno 1652. de hac materiâ habitæ, dicit, argumenta, quæ ternâ repetitione non min vel elogiorum divinorum (Ef. VI. v. 3. Num. VI. v. 24. seq.) Mysterium hoc non perfunctoriè videntur adumbrare, non adeo apodictica esse, ut in iis seorsim quis acqviecat.

§. XVII. Cl. Dn. D. Glassius Christol. Mosaic. Diss. I. qvæst. 2. §. 26. p. 13. E plurali בָּרִית constructio cum verbo singulari בְּרִית inter Christianos præsentim non quidem I. præcisè Trinitatem, sed personarum plurilitatem: nec II. solitarie, sed alius Scriptura oraculis quasi vestito probari asserit.

Nota: Sixtinus ab Amama lib. I. antibarb. bibl. p. 174. Petrum Lombardum, qvi floruit sub medium seculi XII. eb oīsqnug Theologie è Patrum sententiis concinnatum Magister sententiarum dictus

בָּרוּךְ אֱלֹהִים pro personarum pluralitate probandā usurpare dicit. Qvod faciunt etiam plerique omnes. Interpretes in suis annotationibus ad hunc locum Gen. Verum ante hunc Lombardum Hebreæ lingue ignarum jam adhibuisse testimonij loco Petrum Abelardum ostendit D. Calixtus de duab. qv. § 12. Unde notanter D. Glasius l. c. § 27. air: Petrus Lombardus primum omnium, ut videtur, afferuit. Nota II. Scrupulus, quem D. Glasius l. c. Lombardo inicit & me arget: Si in Mosis verbis, inquit, in principio ereavit DEUS celum & terram, per principium intelligitur Filius, (de hoc §. 23.) per DEUM Pater, id qvod prima ratio sibi vult; non potest in ratione secundâ, per nomen DEI Elohim denotari personarum pluralitas, & vice versa.

§. XVIII. Qvod attinet i. Eruitur personarum pluralitas secundam alios, si explicetur vel per διείσδοντα, creavit unusquisque ex Elohim. Hoc modo etiam Drusius ad locum Jobi cap. XL. v. 10. Scholiatur: bellua commedit: est sensus, unusquisque belluarum. Vel per οὐλαγήν: Creavit is, qui est plures Elohim, vel plures continet personas divinas.

§. XIX. H. Grotius in Explic. Decalogi p. 26. εἰλεπτέρως explicat. Qvando Elohim conjungitur cum verbo singulari, fieri hoc, inquit, καὶ τρέψθεν per appositionem sed εἰλεπτέρως defectivam. H. inquam, Grotius. Quem Virum, uterque Vossius (a), Hülsemannus (b), Seldenus (c), Conringius (d), Elsnerus (e), Joh-Tob. Major (f), Henichius (g), Gisb. Voëtius (h), Ernstius J. C. & Prof. Soranus (i), Cocceius (l), Boxhornius (m), Gronovius (n), summis laudant laudibus. Annullis tamen tum ex his tum ab aliis, praeterquam qvod fuerit πλυτάγμων teste D. Danhawero (o), & in religione varius Simplicio Verino verè Cl. Salmasio (ut agnoscent Pl. Rever. Dn. Præses in F. C. Exerc. VII. §. 4. p. 192 & Cunatus de Schismatis &c. remedio lib. II. cap. 2. ipsum libri de Transubstantiatione autorem: Cujus & Epist. ad Justum Pacium prescripsit non alium sed unum esse & eundem, tum finis hujus & initium illius, tum utriusque conformitas styli & alia κερτητικα indubitatio

bitatō confirmant. Quid? qvod in frontispicio Epistolæ nuperæ
edit Argent. legitur, id ipsum satis superq; testatur. Utriusque ve-
rò & libri de Transubstantiatione & Epistolæ autorem statuit Cl
Salmasium Excell. Dn. D. Dortscherus Exerc. ad Conc. Nic. I. p. 192.)
insimulatur expressè tum seorsim Papismi (p, Socinianismi (q, Ar-
minianismi (r, Judaismi (s, à D. Hulsemanno (t, D. Voëtio, D.
Röñig pridem Theol. Prof. Gryphisw. jam Superintend. Raze-
burg. & Mecklenburg. generali, D. Joh. Smidio, tum conjunctim
à D. Calovio (u. Ut taceam alia ipsius ~~מִצְגָּנֶל~~, qvæ detegunt
Cl. Salmasius (x, Gisbert. Voëtius (y, Böeclerus (z. Hoc tamen
loci nil qvod culpandum commisit. Nam nomen ~~יְהוָה~~ qvod hic
omittitur cap. II. v. 4. §. 7. &c. cap. III. v. i. &c. exsertè ponitur & hic
subaudiendum in dicio est. Et rectè sonat expositio: ~~יְהוָה~~ qvi est
— ~~לְהָיוֹן~~ vel plures continent personas creavit.

(a) Gerb. Job. Vossius lib. I. de O. & P. Idol. p. 143. & lib. IV. p. 1405.
Harmon. Evang. de Passione &c. lib. III. c. 2. §. 8. p. 369. Dio-
nys. Vossius notis in lib. R. Moysis Maim. p. 79. (b) Harmon. Apost.
SS. Pauli & Jacobi de Inflit. §. 101. (c) de Syned. Vet. Hebr. lib. I.
c. 7. (d) Exerc. de Imp. Rom. Germ. §. 8. & 55. (e) ~~וְכֹדֶם~~ ex-
planat Ps. I. premisā c. 2. (f) in dedicatione prefixa dissertationi
oppositæ ipsius orationi pro defunctis. (g) de Majestate civili p. 34.
(h) part. II. Disp. disp. de Temporali potestate Pape p. 800. & Disp.
de Atheismo part. IV. p. 171. (i) in ~~סַבָּאָת~~. cap. III. p. 38. (l)
confid. cap. I. Job. p. 39. (m) Orat. p. 226. (n) lib. III. Observ. cap.
23 p. 263. (o) Hypop. Pygnom. Paul. Seft. III. §. 14. (p) Epist. ad J.
Pacium p. 2. (q) Hulsem. Harmon. Apost. §. 179. Voëtius Paralip.
ad part. I. p. 157. (r) Röñig de Justific. cap. II. §. 2. & 23. (s) Cl.
Salmasius Ep. ad J. Pacium p. 2. Job.-Tob. Major. de N. & C. A.
§. 172. Voëtius part. I. Disp. disp. de Patribus &c. p. 2. §. 1. p. 88.
& Disp. de Necess. & util. dogm. de SS. Trin. p. 459. & 474. (t)
Job. Smidius Disp. de Evang. §. 4. & 8. (u) päd. Theol. p. 219 &
alibi. (x) Ep. ad J. Pacium p. 1. (y) de adventu Messie p. 61. (z)
In Minoe maris Domino p. 8.

S. XX. D. Cocceius confid. Principij Evang. Joh. p. 39. hanc
putat esse mentem H. Grotii, ac si ~~אֱלֹהִים~~ fit pro
~~אֱלֹהִים~~

DEUS Deorum. Verum tum non est apposito. Cl. Gerh. Joh. Vossius in Gram. min. p. 193. interdum appositionem fieri casu genitivo per antiptosin vel Enallagen casus dicit, sed exemplis classicorum Scriptorum autoritate nixis destituitur. Certè Melanchthon & qui ejus Grammaticam recognovit Smidius, Rhenius &c. talis appositionis non meminerunt. Nec credibile est etiam si concederetur, H. Grötium appositionem per antiptosin vel Enallagen casus intellectisse. Laterem igitur lavat D. Cocceius.

§. XXI. Qvod attinet z. ubi dicit D. Glassius ex dicto בָּנָן אַלְמָנִי non solitariè, sed aliis Scripturæ oraculis quasi vestito probari pluralitatem personarum, inter Christianos præsertim: id volunt quoque plurimi è Theologis nostratibus. Adstipulantur è Calvinianis Rivetus Exerc. I. in Gen. Voetius p. I. de creat. p. 566. Wendelinus System. Theol. Maj. p. 210. conf. p. 202.

§. XXII. Alii II. ex V. T. contra pertinacem adversarium illud probari posse, planè inficiantur. Sunt III. aliqui eti non negent contineri in N. dicta Trinitatem insinuantia, à dictis tamen N. T. clarioribus faciendum initium contra obstinatum adversarium svadent. Qvæ mihi blanditur sententia est, qvam in frontispicio posui, ex utroq; Testamento conjunctim sumenda testimonia.

§. XXIII. Primum testimonium suppeditat Moses Gen. I. v. 1. seq. R. P. Philippus à sanctissimâ Trinitate in l. part. D. Thomæ Disp. IV. dub. I. p. 607. ibi voce DEI, Principio & Spiritu DEI designari Trinitatem dicit. Rectius D. Lyserus de Relig. Israel. part. spec. §. 21. p. 691. In essentie unitate, inquit, personarum Trinitas se manifestavit. Pater ut principium in Trinitate principium rebus omnibus extra nihil concedendo: Filius ut principium de principio loquendo in creatione & in Paradiso cum Adamo: Sp. S. aquis incubando.

§. XXIV. Patrem voce DEI denotati extra controversiam est. Filius se manifestavit loquendo: quo respicitur ad toties illud repetitum Dixit Gen. I. Et eo ipso indicari directè, probat B. D. Jacobus Martini part. II. Dispp. Theologico-Scholasticarum in art. I. A. C. p. 101. Sed parum fortiter. B. D. Geth. LL. TT. de Myst. Trin. §. 122. p. 367. dicit unà cum verbo mandati denotari verbum substantiale. D. Dorscheus Pentadec. Disp. II. §. 26. connotari & innui. D.

nui. D. Danhawerus Hodos. Phænom. III. p. 191. & Christeid.
Phænom. II. περὶ; p. 17. connotari vel potius prænotari, D. Ottonis
Disp. I. de DEO Verbo §. 1. consignificari.

§. XXV. D. Gerhardus l. c. id inter alia constare dicit ex infallibili interpretatione Joh. I. v. 1. seq. consentiunt H. Grotius ad c. I Joh. A. Rivetus Exerc. I. in Gen. In collatione Joh. & Mosis locorum tria attendenda videntur l. Subjectum. Subjectum apud Joh. est λόγος. Qvomodo hoc sit vertendum non una omnium est sententia. Erasmus, Calvinus, Beza, Pagninus vertunt sermonem. Alii plerique omnes verbum reddunt. Coccejus in cap. I. Joh. rectius sermonem qvām verbum reddi dicit. Econtra Lyserus in cap. I. Joh. rectius verbum qvām sermonem. Subjectum apud Mōsen continetur in τὸν οὐρανὸν ἔδιξεν. Qvod hic attendendum II. est effectus. Omnia, inquit Joh. per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, qvod factum est. Gen. I. est verbum Dīxīt. Verba DĒI, inquit B. Lutherus comment. in Gen. I. cap. res sunt & non nuda vocabula. Egregiè sonant versus, qvos eecinit Dn. D. Dorscheus ad Disp. I. cit. Dn. D. Ottonis.

Dixit ab æterno DĒUS atque in tempore dixit.

Et qvod ab æterno, in tempore dixit I D E M.

Sed qvod ab æterno dixit, generatio filii est,

Illiū immensi atque illius unigenita.

Qvodq; in tempore dixit, id est productio rerum,

Quæ non conspicuæ conspicuæq; simul.

Illibi, qvod genitum est, est non effabile verbum,

Qvod rebus potius, causaq; rebus erat.

Hic, qvod prodictum est, res est, ubi maxima verbo

Indiget, & verbum dicere pauca potest.

Ultimum qvod hic attendendum est illimitatum & irrestrictum illud principium. Reliqvorum rationes II. cc. legi possunt.

§. XXVI. Per Spiritum DĒI significatur tertia divinitatis persona. Et hanc designari velle saniores Theologos, inquit Isaac Casaub. Exerc. I. ad Appar. Annal. Baronii p. 73.

§. XXVII. Alterum testimonium exhibet David Ps. XXXIII.

¶. 6. Verbo Domini cœli firmati sunt, & Spiritu oris ejus omnis exercitus eorum. Notant nonnulli discriumen inter רְכָב & רְכָב. Et illud cum usurpatut esse notam, agi de Filio DEI. Sed nota illorum non meretur observationem.

§. XXVIII. Tertium extat Es. LXIII. v. 7. 8. 9. & 10. Ibi Iehova, Angelus faciei & Spiritus DEI denotant Patrem, Filium & Sp. S.

§. XXIX. Per Angelum faciei intelligit Smalzius Angelum creatum. Qvod corroborare satagit autoritate Vatabli, Calvini, Oecolampadii. Addi potest jam H. Grotius. Videatur, inquit ad h. l hic Angelus esse is, quem Michaelem nominat Daniel, quem DEUS populo Israelicico dederat protectorem, qui unus est de septem Angelis magnis sive faciei i. e. summis Satrapis regni cœlestis. Daniel Heinsius Exerc. sacr. ad N. T. p. 126. Respondet Angelus, inquit, Εγώ εἰμι Ῥαβεὶλ ὁ παρενθηκὼς ἵψωπος τὸς Ἰαζ, Qvod cum dixit Angelum se faciei, ut eleganter cap. 63. v. 9. Esaias loquitur, aut faciei Domini significavit: In omni angustia eorum, inquit Propheta, fuit ei angustia & angelus faciei ejus salvos fecit eos: מֶלֶךְ פָּנוֹ: quod Hellenista γέννησεν αὐτὸν ὁ Κύρος. Non Angelus, sed ipse Dominus. Credo ut de Mefsiā dictum. Sanctius comment. in h. l. Ego, inquit, majus hic subodoror. Constat septem esse Angelos inter alios, ut appareret, precipuos, qui stare dicuntur ante faciem DEI Apoc. I. v. 4. Gratia vobis &c. à septem spiritibus, qui in conspectu throni ejus sunt. Et idem cap. III. & V. quorum è numero fuisse Raphaëlem, ipse testatur Tobias cap. XII. v. 12. Ego sum Raphaël Angelus unus è septem, qui stamus ante Dominum. Ex his spiritibus nemo, credo, dubitabit unum esse Michaelem, qui Synagoga princeps erat & cui populi DEI turela credita.

Nota: Mentionem facit D. Heinsius b. l. Hellenistarum. Quinam per hos sint intelligendi non convenit inter eruditos. Drusius, Grotius, Heinsius intelligunt Judæos græcè loquentes: vel, ut latius illorum mentem proponit Excell. Dn. D. Joh. Tob. Major. ad Aet. VI. v. 1. Origine Judæos, hinc inde dispersos, qui græcè loquerentur & græcâ bibliorum translatione uterentur in Synagogis suis per totum terrarum orbem, exceptis Hierosolymitanis & Iudeam. incolentibus: indeq; Dialectum illis peculiarem
ē verbis

ē verbis græcis & phrasī Ebraicā concretam confinxerunt
tanquam in Asiā & toto orbe usitatissimam, eamq; ē Altor-
iusū denominarunt. Conformia D. Majori ē propriā senten-
tiā dicit Cl. D. Calixtus Tract. de Pattis § 82. In eandem concedit
sententiam, ut patet ē distinctione inter Judæos Hellenistas & Ju-
dæos Hebraizantes, Arnoldus Botius in de textus Hebreici V. T.
certitudine & authentiā Epistolā, contra Ludov. Capelli criticam
§ 39. p. 44. Impugnat sententiam de Hellenistis, quos alij Hebreos
Gracienses etiam Gracienses sine addito appellant Cl. Salmasius.
Nota I. Non minus controvertitur hodiē de Hellenisticā, quo no-
mine hodiē venit lingua N. T. originalis, quam de Hellenistis. Autor
Apol. pro Heinso summam ejus hoc modo recenset p. XI. Qui in
Græcis fœderis antiqui Interpretibus versati sunt ignorare
haudquaquam possunt ipsas Orientis phrases passim hic ex-
pressas. Eadem autem & scribendi ratione Evangelistas
ulos & Apostolos: qui ad Ebraismos, Chaldaismos, Græci-
smos passim libere deflectunt, de qvo inter partes convenit,
neque ulla ut videtur qvidem controversia est. Quid igit
tur? Eam, quā Scriptores hi utuntur, lingvam maximi do-
ctissimiq; hujus seculi Scriptores Hellenisticam dixerunt, &
cum iis hos secutus Heinsius. Hac super re etiam cum Heinso
sernam contentionis reciprocavit Cl. Salmasius. Sixtinus ab Am-
abil. I. anti-barb. bibl. cap. I. p. 8. ob extantes Hebraismos vocat He-
breo-Græcam. Sebastianus Pfochenius, editā de lingvā græcā N. T.
puritate Diatribe, probare conatus est Stylum N. T. pure fluere. Sed
quæ conatus est, eruditis latisfacere non possunt, inquit Dn.
D. Danhauerius Hodos. phen. I. p. 22. Quod Plautus Ptol. Menæ-
cmi habet, non inconvenienter Stylo N. T. admodum potest.

Atq; adeò hoc argumentum (Stylus N. T.) græ-
cissat, tamen.

Non atticissat, verum sicilicissat..

§ XXX. Ut eō melius satisfiat Smalcio, conferri potest locus
Esaiae cum altero illo huic parallelō Exod. XIII. & XIV. capp. Ubi
vocatur Angelus faciei יְהוָה qvod nomen aliis præter verum
DEUM

DEUM est incommunicabile. Qvod nobiscum fatetur Dionysius. Vossius in R. Mol. Maim. p. 21. In N. T. cum I. ad Cor. X. v. 9. ubi qui hic audit Angelus faciei, tentatus dicitur ab Israelitis, expressè vocatur Christus. Dicit quidem Socinus I. Cor. X. *Nomen Christi non denotare Jesum Christum sed Mosen.* At gratis. Nuspian in N. T. Moses vocatur Christus. H. Grotius loco ~~X. 158~~ substituit οὐρανός. Sed falsò. Erasmus, Beza, Stephanus, qui multorum MSC, cum edita exemplaria quam diligentissime contulerunt, constanter legunt ~~X. 159~~, Catech. Racov. p. 104 propter absentiam relativi in altero comparationis membro, subaudiendos Mosen & Aaronem dicit. Sed contra leges bonae interpretationis. Vid. D. Glassii Phil. S. lib. III. p. 212.

S. XXXI. Deinde: Talia sunt subjecta, qualia esse permittuntur à prædicatis. Hic dicitur de Angelo faciei, qvod salvos fecerit Israelitas, propter amorem summum & indulgentiam eos redemerit, portaverit & tulerit cunctis diebus seculi, quæ à nullo alio, qui non sit increatum Ens, infinitum, independens præstari potuerunt; quæque de Angelo in creato, qui est Filius DEI, sermonem esse argumento sunt. Et hæc H. Grotius satisfacere quoque possunt. Cæterum qvod Angelus faciei, qui dicitur fuisse Michael Angelus creatus, sit populo Israelitico Protector datus; vel, ut Sanctius habet: Sit Synagogæ Princeps constitutus eiq; populi DEI tutela credita, figmentum est. Qvod attinet Heinseum illius mentem saniorem credo ac verba. Angelus enim faciei h. l. idem valet, ac personæ Angelus, quemadmodum Christus Ebr. I. com. 3. dicitur Χαραγμένη τὸ θεοφόρως ἡ μετρός. ■■■ enim significat non non solum faciem sed & personam II. Paral. XIX. v. 7. Jobi XXXIV. v. 19. Angeli verò communiter ita dicti sunt quidem coram DEO, stant ante faciem DEI &c. sed non sunt personæ Angeli. Hoc enim discriminis Angelum inter καὶ ἐξοχὴν & communiter dicetam interest. Sanctius locum Apoc. I. impertinenter adducit. Vid. D. König Vind. Sacris Loc. XIX. p. 77. Cap. III. v. 1. hæc sunt verba: *Hec dicit qui habet septem illos Spiritus Dei & septem illas stellas. Cap. V. v. 6. Agnus stat tanquam mastatus, habens cornua septem & oculos septem, qui sunt septem illi Spiritus DEI emissi in omnem terram...*

Nuspian

Nusquam dicitur qvod Spiritus hi sint Angeli: vel etiam qvod sint
ante Dominum. Liber Tobiae non est in Canone, adeoq; vim pro-
bandi nullam habet. Sed qvid hoc ad Michaëlem, de qvo Daniel
loquitur? num hic dicitur à Daniele esse ante Dominum, sive in
conspicu DEI? nequaquam. Loca igitur adducta oppidò sunt
~~atque~~ Et ne qvidem dubitant, sed exsertè negant intel-
ligendum Angelum creatum in plurimis locis V. T. multi & vete-
res Ecclesiæ Doctores & ipsi Scriptores Pontificii allegati à Celeb.
Dn. D. Dorischeo in Jud. Colleg. Theol. Argent. Sect. III. c. 2. p. 51.

§. XXXII. Adduci adhuc posset ex V. T. Angelica acclama-
tio Es. VI. v. 3. quam directam fuisse ad filium videre est Joh. XII.
v. 40. 41. ad Sp. S. A&t. XXVIII. v. 25. Addi possent ex N. T. loca
Matth. III. v. 16. 17. Matth. XXVIII. v. 19. Verum cum ab aliis di-
cta hæc accuratè satis & profundè tractata sint, illis immorari no-
lo. Unicum tamen & omnium evidentissimum non omittendum
duco. Tres, inquit Joh. I. Ep. V. tm. 7. sunt, qui testimonium per-
hibent, Pater, ~~λόγος~~ & Sp. S. & hi tres unum sunt. Hoc dictum
variam antiquis temporibus passum est sortem, dum qvidam Co-
dices illud habuerint, è quibusdam autem eraūm fuerit. Cul-
pam Orthodoxis imputat H. Grotius ad h. l. Verum Arianos de-
pravasse hanc Joh. Epistolam testatur Socrates H. E. lib. VII. c. 32.
Veteres Interpretes significasse, inquit, qvod qvidam sint, qui Epistolam
Joh. primam depravarint, ut in Christo hominem à DEO separarent. Et
legitur dictum hoc, præterquam qvod habeatur in Codice Britan-
mico, & nonnullis Stephani veteribus libris, ut refert Beza in h. l. in
editione Complutensi & multis Græcis codicibus ac vulgatâ insu-
per versione, apud Patres vetustissimos Cyprianum, Athanasium
(qvod perperam negat Beza ad h. l.) ut hoc mihi largitur B. D. Hor-
neius dispp. II. de Canone Script. §. 17. p. 124. Excell. Dn. Præses Ex-
erc. Anti-Soc. II. §. ult. his addit Hieronymum Prol. in 7. Ep.
Can. Wendelinus præter hos habet fulgentissimum Ecclesiæ Sy-
dus, ut eum vocat Gerh. Joh. Vossius H. P. lib. I. cap. 21. p. 72. Ful-
gentium in objectiones contra Arianos.

Nota: Henricus Nicolai in Irenico, qvod repetit in Irenico defenso &
explicato continuato part. III. §. 5. & 36. ob compendificandas li-
tes con-

ees consensum trium priorum seculorum esse urgendum contra Photianos, dicit. Sed D. Calixtus disp. de duab. qu. §. 45. Patres ante Nicænos innocenter qvædam & minus caute loquutos ex Hieronymo dicit. Excell. Dn. D. Hilsem. c. XVIII. §. 27. Brev. extensi. Malè ageretur cum fide, inquit, Christianâ, si ex commentariis & privatis scriptis priorum trium seculorum, vel unicus articulus de SS. Trinitate clarè & perspicuè demonstrandus & defendendus esset. Rationem hujus assignat D. Calixtus l. c. italem: qvod orthodoxi subtilibus disputationibus non admodum opus habuissent, eò qvòd Hæretici Ebion, Cerinthus &c. ~~maxime~~ hæresin proponserint & crassâ, qvod dicitur, Minervâ. Nonnulli Theologi consensum Patrum quinque (quatuor fortè, inquit Celeb. Dn. Preses Exercit. I. Anti-Soc. §. 14. primo enim seculo qviscriptis, de quibus indubitate constat, posteritati se commendarunt, sunt nulli.) Secularem urgent. Rem ampliat Wendelinus quando è seculo VI. afferit Fulgentium. Interim qvid alij hâc in parte faciendum judicent, me non later. §. Fulgentius (qvid enim vetat, etiam è Sexto seculo insignem aliquem Scriptorem producere, inquit D. Henichius de Bon. Fid. Op. cap. I. §. 20.) lib. de Fide &c. Nec hoc, cum nondum convernit inter omnes, usque adeo curabitur. Quærere tamen lubet ex Wendelino in Syst. Theol. Maj. p. 210. ubi scripscrit Fulgentius in Object. contra Arianos? Sed recordor, esse debet: Fulgentius contra Object. Arianorum. oculatissimus Wendelinus quandoque etiam hallucinatur. O semper acutos oculos!

§. XXIII. Sed dicit Smalcius in refut. thes. Scopperi p. 9. se non negare Patrem, Filium & Sp. S. esse & hanc Triada appellari posse, sed ad constituantem dogma Trinitatis parum esse istorum trium extare mentionem: necesse enim esse, eos personas esse easq; divinas & in divinitate pares. Necesse iterum fore illas tres personas esse unam essentiam.

§. XXXIV. His postulatis Smalzii ex aſſe dudum satisfuerunt orthodoxi. Post illorum copiosam messim, spicilegium saltem instituam. Moneo tamen, ut rescindam ansam rixandi, in sacro codice totidem verbis non reperiſti scriptum: Pater est persona, Filius

Filius est persona &c. sed illam locutionem ab Ecclesiâ introduc-
tam, ut etiam supra confessus sum. Satis esse judico, si cum Scriptu-
râ locutus fuerim, inq; eâ exprelse nominari Patrem, DEI Filium,
& Sp. S. Et istum quidem alium à filio, illum alium à Spiritu S.
Unumquemque verò ex his verum naturâ DEUM esse, probave-
rim. Utur terminis Ecclesiasticis aliquando uti necesse habe-
am. Addo Adversarios, cùm Φλυαρις suis è naturâ & defini-
tione personæ petit mystery Trinitatis impugnat, non fidei
nostræ substantiam, ut liquet è dictis, sed saltem locutionem Eccle-
siasticam ferire. Conf. B. D. Geth. LL. T. T. de N. D. §. 98. p. 250.
D. Menz. Disp. I. pro A. C. contra Apologet. Crocii s. 54. D. Ca-
lovius contra Crellium de V. D. P. p. 1778.

§. XXXV. Patrem esse personam divinam, non opus est ope-
rosè probare. De Patre dubium nullum est. Hunc verò genuisse
personam à se distinctam, filium sibi ὁμούσιον testatur Psaltes E-
braeus Psal. II. v. 7. Filius meus es tu, hodiè genui te. Et Mich. V.
v. 1. בָּנִי plurali numero ad denotandam excellentiam &
æternam generationis illius continuationem nativitas dicitur fa-
cta בְּרֵית מִקְדָּשׁ סִמְךָ עַל ante initium, ante dies seculi. Qvod
ita reddendum patet è Proverb. VIII. v. 22. seq. &c. per בְּנֵי
egressiones verò denotari nativitatem liquet ex antecedente יִצְחָק
prodibit, qvod in tali significatu alibi usurpat Scriptura Genes.
XVII. v. 6. c. XXV. v. 25. I. Reg. XX. v. 18. Esa. XI. v. 1. & de nati-
vitate, qvæ facta est in Bethlehem explicatur Matth. II. v. 4. 5.

§. XXXVI. Generatio hæc non est nova essentia effectio,
sed unius ejusdemq; essentia communicatio. Filius enim à Patre
est non ut effectus à causa, sed ut communicatus communicatam
habens essentiam à communicante Patre. Dices: Essentia qvia
singularis est, est incommunicabilis. Resp. Dist. 1. intèr essentiam
absolutè & relatè consideratam. 2. Inter singulare, qvod est in-
communicabile scilicet pluribus specie vel numero distinctis.

§. XXXVII. Argumenta Socinianorum contra Psal. II. cum
sint in tabulis famæ publicis non recoqnam. Hebraeorum Magistri &
veteres & novi, ut est apud H. Grotium annot. ad Matth. I. v. 22.
Psalillum hunc tum de Davide, tum de Messia exponunt. Verum
C 2
hos

hos refutat ipse Psalmus. David enim non est filius DEI naturalis Patri ὁμογενής v. 7. nec ejus hæreditas fuit ad terminos mundi v.8. nec est filius in quem fiduciam ponere debent homines. H. Grotius ἡ genui de novâ vitâ regali, quam Pater Christo contulerit, exponit: vel ut ad Act. XIII. v. 32. loquitur, quod ipsum Regem fecerit, quod in Christo impletum, dicit, cum data ei potestas in cœlo & in terrâ. Matth. XXVIII. v. 18. Resp. Potestas in cœlo & terrâ, vel ut loquuntur Theologi, οὐτοις rerum omnium data Christo non secundum utramque, sed saltem secundum alterutram naturarum. Nam secundum divinam naturam ipsi in tempore nihil dari potuit. Remanet ipsi datam potestatem secundum humanam natu-ram. Verum quid hoc ad generationem? Sed huic obvertit H. Grotius. Sicut qui nascuntur nosci incipiunt; ita etiam qui in magnum honorem evehuntur. Sed quid hæc ad rem? nam prius comparationis membrum male ponitur in posteriori loco tertii, quod est nasci, in quo, ἡ nasci & in magnum honorem evehî, convenire debent. Sed nec hoc ipsum, etiamsi recte positum fuisset, ad generationem quicquam faceret. Sumit enim H. Grotius non κυριως, sed καὶ μεταφορά ἡ genui, quod tamen maximè propriè sumendum verba ipsa volunt & contextus s vadet.

§. XXXVIII. Dicatum Mich. V. de unicâ nativitate planè ad mentem Socinianorum H. Grotius explicat. Sed in determinando subjecto discedit. Subjectum illi est Zorobabel. Verum de Zoro-babele exponi non potest, tum quod ipse Babylone non Bethle-hemi natus sit: tum quod egressiones ante initium ante dies se-culi ipsi convenire non possint. Et quod præcipuum est, in N. T. de Christo exponitur.

§. XXXIX. Qualis verò est generatio, talis etiam est filia-tio. De illâ habetur Ps. cit. Filius meus es tu, hodiè genui te. Hoc nomen Filius absolute positum, quod hic fit, notat filium propri-um & naturalem. Hinc & alibi vocatur πατέρων παῖς, πα-τερώς, primogenitus, ut reddit Vulgatus, omnis creaturæ Col. I. v. 15. μονογενὴς παῖς, πατέρος unigenitus à Patre Joh. I. v. 14.

§. XL. Crel-

§. XL. Crellius de V. D. P. lib. I. Sect. II. cap. 31. quatuor cava-
fas, ob quas Christus dicitur filius DEI, enumerat I. propter nativi-
tatem. II. sanctificationem & missionem in mundum. III. Resu-
scitatioem ex mortuis. Et denique IV. Exaltationem. Tres prior-
es communes cum Socinianis habent Arminiani, dicti etiam Re-
monstrantes à Remonstrantiâ seu supplice libello: vel Remon-
stranto - Reformati D. Hornbek. Sum. Controv. Relig. de Re-
monstr. p. 456. & horum antesignanus Conradus Vorstius, quem
suum esse ipso non dissentunt. Vid. Coroll. Ampliss. Dn. Præsidis
adjecta in fine Disp. VII. contra Calvin. Eandem, cum enumera-
tis in flatibam H. Grotius de V. R. C. lib. VI. §. 9. & ad eum anno-
tatis p. 204. De causis filiationis in specie præter Dn. D. Calovium
contra Crellium I. supra cit. egit Celeb. Dn. D. Dorscheus Vind.
Interv. pro M. T. cap. XXXI. §. 16.

§. XLI. Qvanquam in utraqve natura Christus sit DEI Fili-
us & detur tum ratio fundandi filiationis in Christo generatio an-
te secularis, tum fundamentum unio hypostatica: cum tamen na-
tura humana & divina in unam personam intime unita sint, utique
totum suppositum completere & adæquare unâ filiatione filiatum
fuit. Optime concludit hanc quæstionem Thomas p. 111. q. 25.
art. 5. cum due fuerint in Christo natiuitates, duas quoque eâdem ratio-
ne filiations esse necesse est: Unam æternam, alteram temporalem. Quia
autem unum tantum est filiationis subiectum persona scilicet divina, una
quoque in illâ filatio est.

§. XLI. Piscator, citante Crellio de V. D. P. lib. I. sect. 2 c. 35.
contra locum Col. I. v. 5. ita insurget: Τιξειν, inquit, parere signi-
ficat non gignere & matri convenient non patri. At τιξειν de utroque
sexu usurpant Scriptores, quos optimos graci sermonis autores ha-
bemus. Pindarus Olymp. Od. 7.

Eντε πόδωντε μιχθες Ubi Rhodo (Nymphæ) aliquando mixtus
Τέκεν επλα σοφώ Genuit septem liberos
Ταξινηγι Πτη ωστεγω Qui sapientissimas cogi
Αρδων παιγδεξαμψε Tantones tempore antiquorum
Παιδας Virorum accepérunt.

C 3

Homerus

Homerus Iliad. B.

Τὸν ἀνθρακόντες μέγης ἀπέλασθαι ἔργη
φυλέσθησαν τίτανοι φίλοι οὐαώνοι φυλεύεις.

His rursus præterat Meges similis Marti
Phylides, quem generavit Jovi dilectus Phyleus.

Homerus Odys. A.

Τόν δέ τὸν ἐμόν φασιν πάτερ ἔμιδυαν ἡδὲ πεκάδην

Hunc meum inquit patrem esse atque genuisse.

Scholia est in Idyllion secundum v. 12. Theocriti etiam sic scribit: Τῇ Δήμητρι μιχθεῖς ὁ Λεὺς πικνοῖ Βιργίλιος Δεύτερον ιχνοῦ ηγήσαθε. Cereris mixtus Jupiter Hecaten genuit, robore & magnitudine præstantem. Sed instat Piscator. Vix reperias exemplum ubi nomen ex πεντάτεροι & præterito medio compositum genitivum ita regat, quasi sit participium constans ex prepositione τῷ: ita enim hic exponitur πεντάτεροι πάντοις οὐ πάντως, quasi sit επεντάτεροι πάντοις οὐ πάντως i.e. πεντάτεροι πάντοις οὐ πάντως. Resp. à nostra parte stat contextus. Dicitur enim quod sit ante omnia v. 17. quod per ipsum creata & in ipso condita sint omnia v. 16. & in ipso consistant v. 17. Exemplum, quod jam occurrit, esto tale: Xenoph. Πολλῶν ἐνεῖλαν οἵμας αὐτοῖς εἴροις περι multis servis arbitror præstantem esse. Homerus πολλῶν ἀντίτετροι οὐ πάντων. Præstare περι multis aliis. i.e. αὐτὶς πολλῶν ante multos.

§. XLIII. D. Cocceius ad ultima Mosis §. 989. dicit ut unigenitus est in filiatione, ita primogenitus respectu filiorum reliquorum. Verum hoc simpliciter verum non esse ex his, quæ dicta jam sunt, constat. H. Grotius ad h. l. dicit Christum d'ci primogenitum in creatione secundam. Resp. οὐτις μητέρα de quibus h. l. sunt vel visibilia vel invisibilia.

§. XLIV. Johan. I. v. 14. Post Vallam, Erasmus videtur H. Grotius vocabulum μονογένης vertere unicum. Verum converti posse unicum mihi non placet, inquit Beza ad h. l. nec mihi cætera, quæ ad hunc locum annotat Vir doctissimus, ex Scriptis Socinianorum hausit, vel in gratiam illorum compilavit.

§. XLV. Dari

§. XLV. Dari adhuc aliam personam nimirum. Spiritum S. probatur è processione illius à Patre Joh. XV. v. 26. & filio vigore illius etiam dicti: quia filius habet potestatem mittendi Sp. S. Missio autem temporalis est manifestatio processionis æternæ. II. Quia dicitur Spiritus Christi Rom. VIII. v. 10. Spiritus Filii Gal. IV. v. 6. Spiritus Jesu Christi Phil. I. v. 19. In Trinitate autem dicitur persona quæpiam esse alterius, vel ut est principium ejus, vel ab eo ut principio. Principium alterius Sp. S. nemo dixerit. Restat ut ab eo ut principio sit. Quia III. dicitur Joh. XVI. v. 15. Omnia quæ habet Pater mea sunt. Relationem paternitatis excipiendam quivis videt. Quidam ergo de Patre dicitur quod spiret Spiritum; adeoq; in Patre est aliiquid secundum quod non est formaliter Pater sed Spirator, de Filio quoque dici debet, quod spiret Sp. S. atque adeo & ipse verus Spirator sit.

§. XLVI. Spiritum S. procedere à Patre non ut Personam sed qualitatem dicant Sociniani Joh. XV. v. 26. H. L. in sede propria per Spiritum idem significari dicit Beza in h. l. Certum est, inquit, hic non agi de ipsa Spiritus essentiâ, sed de ipsius virtute & efficacia in nobis: cuius virtutis autorem facit Patrem non ut se se vel ipsum Sp. S. excludat, sed ut discipulorum oculos à carnis infirmitate aversos ad Deitatis intuitum evehat; ut norint videlicet, quâ virtute sint deinceps confirmundi. Verum actiones personales velut sunt, venire, à Patre procedere, testari de Christo Sp. S. personalitatem satis superq; evincunt. Satis appositi igitur, sic lubet μηδεν δειν, à Græcis, & contra Græcos ad essentiam Spiritus S. addo: personæ Sp. S. emanationem relativam probandam dictum hoc citatum est.

§. XLVII. Hanc processionem à solo Patre fieri dicunt Græci, quod faciunt etiam Sociniani. Weigelius partim à solo Patre, partim à Patre & Filio procedere dictitat part. II. post. p. 74. à solo Patre in V. T. ab utroque in N. T. distinguens ob id p. 59. inter Spiritum V. & N. T. M. Antonius de Dominis LVII. de Rep. Eccles. cap. 10. §. 119. ambiguè loquitur: Spiritum S. à Patre & Filio non tanquam à duobus principiis, sed ab uno procedere, ego puto esse verum & Scripturis Sacris non parum consentaneum, & negare hanc processionem puto esse periculosa. Hæresin non facile dixerim: neque enim video undenam beatum

beatur hunc esse articulum fidei. DEUM esse unum in substantia & tri-
num in personis inter se distinctis; & filium genitum esse à Patre, & Sp. S.
procedere à Patre & esse etiam Filij Spiritum in Scripturis expressum ha-
bemus, idz firmā sed simplici fide credendum est. Qvomodo autem ge-
neretur Filius à Patre, qvomodo procedat Spiritus à Patre, qvomodo
Spiritus dicatur etiam Filij esse Spiritus, num per processionem an alio mo-
do; num missio sit idem quod processio, an diversa à processione & similia
nimis anxie indagare est profectò damnabilis curiositatis.

§. XLVIII. In his verbis Marci Antonii de Dominis habe-
mus quod desideramus. Simplex, sed firma fides est optima fides,
sed fides qvā creditur Spiritum S. à Patre & Filio procedere deter-
minando: & Sp. S. procedere à Patre & esse etiam Filii Spiritum
num per processionem an alio modo non determinando non firma
sed fluctuans fides est. Procedere autem Sp. S. à Patre & Filio per
consequentiam è sacris literis deductionem evicimus. Et nī
pariter Sp. S. procederet à Filio ut à Patre, summa essentiæ simpli-
citas tolleretur, personarum inæqualitas introduceretur, & nescio
qvæ in congrua non admitterentur.

§. XLIX. Generatio qvidem Filii est etiam processio. In-
ter generationem tamen & processionem qvāq; formale utri-
usq; omnibus sit ἀπόστολος multum est discriminis. D. Danh. Ho-
dos. phæn. III. p. 135. differentiam horum actuum ponit in termino
producto. D. Musæus Disp. Theol. III. §. 42. præter hanc in ratione
principij. Addo rationem prioritatis & posterioritatis saltem in
signo rationis.

§. L. Hactenus personalitatem Filii & Sp. S. ex proprietate
charactericā demonstravi. Probari eadem illa utriusq; aliunde
qvoq; posset, sed qvoniam ante hac alii abundē hoc præstiterunt,
~~αποτελεσθαι~~ saltem qvorundam instituere volui. Seqvitur ergo
ut demonstretur utriusq; divinitas.

§. LI. Christum naturā DEUM esse docent divina nomina,
qvæ de Creatore & creaturā univocè dici non possunt, nec inter
appellativa referri. II. Attributa, qvæ ab essentiā neq; re ne-
q; modaliter differunt. III. Operationes, qvæ de essentiā testantur
ut effectus de suā causā. IV. Cultus: Una est divinitas, eoq; nec
cultus

anctus discerpi potest. DEUS noster est DEUS zelotypus, nec admittit
quenquam in honoris sui partem: longè etiam minus quam Rex Principi-
pem externum, vel Maritus alterum Virum. Gerh. Joh. Vossius lib. I.
de O. & P. Idol. p. 26.

§. LII. Arminiani Socinianorum pulli, in Apol. Confess. cap.
III. nomen יהוה non Rabinos tantum Judeos penè omnes, sed complures
etiam orthodoxos lingue sacre peritos, inquit, pro voce planè ficti-
tiā habere. Nihil etiam certius aut l'quidius esse, quam nomen hoc crea-
turis in Scripturis passim attributum esse. H. Grotius ad II Sam VI.
v. 2. Ad deducendum inde arcam DEI &c. ad eam: hæc notat. Ad
eam i.e. arcam, quam Hebrei appellabant figuratè Dominum exercituum.
Resp. Fictum est Rabinos pene omnes & complures orthodoxos
nomen Jod He Vau He, ut nonnulli illud pronunciare amant, pro
voce planè fictiā habere. Ambigunt non de nomine sed de scri-
ptione nativâ, ejusdemq; pronunciatione. Vid. D Gerh de N.D.
§ 24. p. 214. Vitulo aureo tribuitur quidem Exod. XXXII. v. 5. sed ab
Idololatri. Quod bonum factum nemo dicet. Alibi creaturis ubi
tribuitur, sit nonnisi in casu obliquo aut alio modo. Locus II. Sam.
VI. v. 2 in fonte ita sonat. Ad deducendum inde arcam DEI, quam
invocabatur nomen, nomen Jehovah Exercituum insidentis Cherubinum ad
eam. Ut clarior fiat horum verborum sensus, addenda ex Junio
& Tremellio ellipsis ad: ut sit sensus ad quam invocabatur nomen.
Atca V. T. saltem erat memoriale DEI præsentis. Hunc igitur ad
illam, non ipsam arcam fuisse invocatam, cordati & pii vident &
positus verborum reqviri.

§. LIII. Thomas Henrici in Anat. A. C. art. I. qvæst. I. frigi-
dam quoque suffundit Hæreticis. Filius quidem dicitur DEUS, in-
quit, sed posset pertinax hereticus replicare non per naturam, sed per gra-
tiam ex Joban. X. v. 34. & 35. Quoniam & Lutherus nomen DEUS
Ex. IX. expunxit. II. Quia argumentum ex operibus divinis etiam incer-
tum est ex sola scripturâ, ut cum Job. I. v. 3. omnium creatio verbo tribui-
tur, vel instrumentaliter exponi potest: vel de virtute participata: vel cum
exceptione verbi, quod à Patre creatum sit. Cum & Lutherani exponant,
quod dicitur, omnia esse subjecta sub pedibus Christi, etiam juxta humani-
tatem per exceptionem alicujus rei creatæ, scilicet humanitatis. Sic & cum

D

Filius

Filius dicitur unum cum Patre, de Voluntatis unione accipi quic ex Joh. XVII. v. 22. seq. III. Quia argumentum ab attributis divinis non stringit, cum Lutheranus credat illa per Unionem personalem etiam huma-nitati Christi competere, & cum Christus dicitur Mediator in Scripturis Job. XIV. v. 14. & cap. VI. v. 7. &c. hoc Arianus pro sua sententia longè majori probabilitatis specie adducere potest, quam Lutherani pro sua non-nulla scriptura dicta in medium proferunt. Etsi enim recte intelliguntur de humana natura, non tamen Lutheranus certus esse potest duntaxat de humana intelligi, cum ex doctrinâ Ubiquitatis tam verè humana natura divina sua idiomata communicat quam divina humana: unde etiam minoritas & inferioritas in ordine ad Patrem secundum divinam naturam communicata erit.

S. LIV. Illis, quæ opponenda erunt Thomæ Henrici, præmittere placet, quod habet Eminent. Dn. D. Dorscheus in Præf. detect. mal. fid. papalis circa, prob. SS. Trinit. Evidem jam intra seculi spatiū grandibus & astissimis, commentarynum biblicarum (Disputationum) voluminibus è regno pontificio tantum non obruti suimus, ut non semel in mentem venerit, quod Gregorius Nazianzenus Episcopus Epist. I. ad Cledonium Presbyter adversus Apollinarium scribit, esse ibi οφες τοις τωλύδι τοις φιλόησις μηρίς. Quamvis exscriptorum & expilatorum inter scripturientes istos socienos non desit audacia, ut sapè congeriem diversissimarum opinionum & peregrinarum sine judicio interposito pro luce loci repositum inventamus. Non opus est dictorum veritatem longè petitis probare. Testis sufficiens est, quem præ manibus habeo, Thomas Henrici. Sed rem ipsam aggrediar. Quod attinet locum Joh. X. Scopus Christi, est ostendere non esse blasphemum, quod Judæi pro blasphemia reputabant. Dixerat Christus v. 30. se eum Patrem unum esse. Judæi hoc pro blasphemia reputabant, quod homo cum sit, se DEUM faceret, ita argumentantes v. 33. Q. Se DEUM facit cum homo tantum sit, ille est blasphemus. Tu facis te ipsum DEUM cum homo tantum sis E respondet Christus non negando quod se DEUM fecerit, sed majorem infringendo argumentatione facta ex loco comparitorum: Si illi qui ratione officii citra blasphemiam in lege vocantur Dei, multo magis ego citra blasphemiam DEUS dici potero, ratio est,

qvia

quia meum officium excedit omnium Magnatum officium, sum enim à Patre sanctificatus & missus in mundum. Responso sufficiens ad necessitatem & competitionem, inquit Excell. Dn. D. Danhawerus Poolemosoph. p. 126. quamvis non semper (nisi apud dociles auditores) ad consummatam rei controverse declarationem. Illa defungitur suo officio Disputator, hac insuper Doctoris est. Ita Satanam filtrationem Christi in dubium vocantem refellit, ut non ausus fuerit contrahiscere, quamquam an & quatenus Filius DEI sit? copiosè non explicarit. Patrium par ratio est. Deinde respondet ad min. negando se nudum esse hominem, sed simul verum cum Patre DEUM ita colligens: Si facio ipsa Patris mei opera oportet ut sim in Patre & Pater in me i. e. una cum ipso divina essentia. At verum pius. E. & posterior. Intellexerunt hoc Judæi, itaque denuò ipsum tanquam verum DEUM se facientem præhendere conantur v. 37. Merito ergo quis dicat eum Augustino. Ecce Iudei intellexerunt, quod non intelligunt Ariani (Sociniani) ideo enim irati sunt, quoniam senserunt non posse dici. Ego & Pater unum sumus nisi ubi æqualitas est Patris & Filii. Tract. 48. in Joh. Ad locum Es IX. pergo. Vocabulum ^NLutherus non expunxit, sed aliter ac Vulgatus reddidit. Lutherum nostrum hic notare opus haudest, inquit Excell. Dn. D. Varenius in h. l. Res illa vel uno commate transfigitur, si legas: Und er heisset wunderbahr/ Reth / Brafft / Held / ewiger Vater / Friedesfist. Si habes quinque nomina & licet tertium in fontibus habeat DEU M fortis, robustum, parum tamen interest inter fontem & versionem. Qui enim (persona hic supponitur) ita est robustus, ut sit ipsa diuina pars, i. X. ipsa virtus DEI, die Brafft selbst / certè verus DEUS est.

§. LV. Quod attinet argumentum ab operibus divinis. Profert Thomas Henrici locum Joh. I. v. 3. ubi omnium rerum creatio tribuitur verbo. Quod exponi posse dicit vel instrumentaliter. Resp. Creatio facta est sine auxilio Es. XLIV. v. 24. Christus facit ^{Gen} opus ^{Exodus} Joh. V. v. 19. Nec obstat particula ²¹: Eadem I. Corinth. I. v. 9. Ebr. II. v. 10, de Patre usurpata reperitur. Hunc si causam instrumentalem dicere reformidamus, nec Filium dicere debemus. Esse verò causam principalem expressè dicitur Ebr. I. v. 10. vel de virtute participata, credo ut humanæ Christi naturæ communis.

communicata idiomata divina. Verum reclamat textus. Dicitur enim verbum fuisse in initio apud DEUM, fuisse ipsum DEUM, utique de virtute participata exponi non potest. Vel cum *Exceptione verbī*, quod à Patre creatum sit. Verum enim verò verbum, quod in initio fuit, increatum sit, necesse est. Quod adducit ex hypothesi Lutheranorum risu potius, quam refutatione dignum est. Locus Joh. XVII. v. 22. de voluntatis unione accipi non potest. Vid. D. Egid. Hunnium ad c. l. Quod Calvinus locum I. Johan. V. de voluntatis Patris & Filii conformitate explicet, ideo à nostratis vapulat. Eudem verò locum B. Lutherus non erasit, sed in suis codicibus, quos habuit, non invenit: nec apud Syrum interpretem, Cyrillum &c. Vid. B. D. Horneji disp. II. de Canone Script. §. 17. p. 124.

§. LVI. Tandem quando dicit, *argumentum ab attributis divinis non stringere*, quod facit etiam Beermannus Disp. de personā, statu & officio Christi, cum Lutheranus credat illae per unionem personalem etiam humanitati Christi competere, ad id Resp. Eo non labefactatur argumentum: quia doctrina nostra de Idiomatum communicatione humanæ naturæ factâ, ipsam essentiale Deitatem semper presupponit & includit: neque enim Christus homo unquam omniscius, omnipotens &c. dici posset, nisi ei qui per naturam atque essentiam talis est, personaliter unitus esset. Quod verò ex doctrinâ Ubiquitatis minoritatem & inferioritatem in ordine ad Patrem Christo secundum divinam naturam communicatam dicit, hoc nihil est. si nostratum scripta de communicatione Idiomatum evolverit ignorare haudquaque potest, quomodo prædicata in primo genere communicationis Idiomatum toti personæ verè ac realiter tribuant ut nihilominus propria naturarum suæ quæque naturæ vindicent prædicata hinc non sunt quæ utrique naturæ simul competunt, sed divina juxta divinam naturam humana, juxta humanam E. g. Filius DEI natus est ex semine David sed *καὶ οὐ πρᾶτος* Rom. I. tm. 3. Sic DEUS est minor factus, sed secundum carnem sive naturam humanam. Sanè sicut naturæ ipse, utut per & propter unionem *ἐν ἀλλιασθεῖσιν*, nihilominus distinctæ sunt ac manent, nisi Eutychianam mixtionem fuisse factam statuere velimus:

ita quo-

ita quoque proprietates earundem, tametsi de altera in persona vere prædcentur distinctæ & inconfusa manent. Hujus & illorum quæ dicta jam sunt, certitudinem habemus è solâ scripturâ non Pontifice Romano, quod nuper etiam urserunt P. Valerianus Magnus ejusq; Socii Actione tertiatâ, quam peculiariter Dn. D. Calixto opposuerunt. Sed respondit Vir Cl. se pontificum fore, si evicerint Romanum Pontificem vel jure divino & ab ipso Christo constitutum esse universalis Ecclesie caput, Principem aut Præsidem: vel pollere dote divinus collatâ controversias circa doctrinam Christianam exortas ex cathedra sua infallibiliter determinandi. Qvâ responsione & ego illos dimitto.

§. LVII. Ariani Spiritum S. personam esse concederunt, sed natura DEUM negarunt. Utrumque negant Sociniani. Personalitatem suprà evici. Deitatem contra Socinianos asseruit Dn. D. Calovius in Socinianismo proflig. p. 222. & alii. Ad qvqs brevitas studio remitto.

§. LVIII. Ex his clare liquet, qvam foliis radii olim qvom sudum est solent, ut Plauti verbis utar, Patrem, Filium & Sp. S. esse personas divinas & in divinitate patres. Unicum adhuc demonstrandum restat: has personas esse Unum essentiâ vel Entiâ ut vult Cl. Salmasius comment. de L. H. p. 117. Tres sunt qvi testimonium perhibent, inquit Joh. I. Ep. V. com. 7. Pater, Verbum & Sp. S. & hi tres Unum sunt. οἱ τρεῖς εἰσὶν ὁ μαρτυρῶντες ἐν τῷ ἡγανῷ, ὁ πατὴρ καὶ ὁ λόγος καὶ ἡ ψυχὴ πνεῦμα, καὶ ὁ τρεῖς εἰς τὸ ἐν εἰσι. Ego, inquit H. Grotius ad h. l. quam ex manu scripto posui lectionem & quæ à multis aliis confirmatur libris, venam puto. Verum Codex Britannicus habet τρεῖς ἐν εἰσι, Cyprianus etiam & alii. Et verisimilius lectionem illorum Codicum esse genuinam, qvi legunt τρεῖς ἐν εἰσι, cum apud eundem Johannem cap. X. scriptum jam reperiatur Patrem & Filium unum esse.

§. LIX. Notum est, à Philosophis duplicem constitui Unitatem: aliam per se, realem & Metaphysicam, aliam vero per accidentem & moralem. Cum hâc posteriori nihil nobis commercii est. Illa hic attenditur non tamen specifica aut genericâ, ne quis DEUM vel specie vel genere unum existimet, sed numericaliter.

§. LX. Tres personas esse unum esse unitam vel unum eundemq;
DEUM est fundamentum fidei Christianæ, in quo differimus tum
a Gentibus multiplicantibus Deitatem, qui sunt extra Ecclesiam:
tum a Valentino, Basilide, Manete &c. qui fuere in Ecclesiâ. Qui-
bus meritò accensentur Sociniani: tum a Sabellianis, Judæis, Ma-
hometanis, negantibus in ea distinctionem personarum, qui sunt
partim in partim extra Ecclesiam. Hoc fundamentum sartum te-
stum tenuit & credidit B. Lutherus. Immeritò igitur quidam Ano-
nymus in tractatu cuius Inscriptio est: Revelatio Catholicismi ve-
ri: Das ist / Gründliches Ortheil von der friedsamsten und
gewissen Lehr der Christen: Megalandrum Lutherum, ob cri-
minations Pontificiorum incusat, qvod unum alterumve de uno
DEO qvoad personam assumserit & docuerit, & Lectorem ad D.
Pelargum in Admonit. de Arianis recent. p. 29.30. D. Dorschei
Præf. detect. malæ fidei papalis remittit. Verum contra cri-
minations Pontificiorum respondit D. Pelargus in dictâ Admonit.
Respondit etiam Dn. D. Dorscheus εξηγούσι criticâ in A. C. publi-
cè prælectâ ac dictatâ contra Roberti Bellarmini Judicium delibro
Concordiae. Adscriberem qvæ in hanc rem habet Vir incom-
parabilis nisi pluscula essent. Et qvia propediem
Commentarius iste, ut spero, lucem vi-
debit, hoc labore supersedere
possum.

COROLLARIA.

I.

Joh. Elai Terserus Annot. in Gen. p. 2. Vox אלהים in qvæ ratione declinationis est pluralis numeri, ra-
tione sensus, nunc singularis est numeri, nunc plura-
lis. Unde nunc Deus redditur nunc Dii אלהי i.e. Dii,

i.e. Dii, inquit B. D. QVISTORPIUS Annot. ad Gen. I. cap. Et ita quoque reddit B. D. Bald. Disp. III. de Artic. Smalcald. §. 18. Creavit Dii, inquit, cælum & terram.

II.

Ebr. IV. v. 12. 13. nonnulli de verbo scripto & prædicato exponunt. Stapletonus, ut est apud Cham. Panstr. Cath. Tom. I. lib. 6. c. 6. §. 12. de Filio DEL exponit. Nauvemo de Termine Vita Disp. II. cap. 6. §. 5. secutus Hieronymum de eodem exponit. Nos priorem expositionem ut communiorum & textus circumstantius convenientiorem, inquit B. D. QVISTORPIUS comment. ad h. l. retinemus. Nulla enim de Christo in hoc capite hactenus facta mentio, nec ille in hac Epistolâ alibi r̄syō dicitur. Verum ante, Christi verbum cap. hoc v. 2. aperte λέγω nominavit. Alius in Expos. hujus Ep. p. 250. tum de λέγω πεφορκώ tum de λέγω ιαστικώ exponit. De illo agi v. 12. dicit. De hoc v. 13. Verum unius non duplicitis λέγε fit mentio h. l.

III.

Papam errare non posse defendant Pontifici. At Stephanus sextus Papa Romanus erravit cum Concilio. Iste siquidem (inquit Baronius ad annum 897.) vi summâ collecto conventiculo Episcoporum simulq; Presbyterorum, Cardinalium sibi similiūm Sergio,

Sergio, Benedicto atque Martino Diaconis, etiam
Joanne Paschali, alteroq; Joanne hominibus perdi-
tissimis, violatoribus Pontificalia sepulturae, Formosi
venerandum cadaver effossum & sepulcro extra-
etum, tanquam vivum hominem adjudicium addu-
ctum judicari voluit. Cham. Panstr. Cath. Tom. I.
lib. II. cap. 6. §. 8.

IV.

Patres quidam, quos inter Orthodoxos nume-
ramus, gravissimos habent naves. Tertullianus ad
Castra Montani transiit. Hilarius errorem in fun-
damento erravit. Ergone Cacodoxos ad testan-
dum adducimus Patres? Resp. Cum D. Schillero
wider Schertern von Eger/ p. 53. Wann wir Ter-
tullianum, Origenem anziehen/ so ziehen wir Catho-
lische sie nicht an als Reizer / sondern als Noch-
Catholische Scribenten.

F I N I S,






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn740012819/phys_0035](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740012819/phys_0035)


DFG



§. XLV. Dari adhuc aliam personam batur è processione illius à Patre Joh. XV. v. 20 etiam dicti: qvia filius habet potestatem mā autem temporalis est manifestatio processio dicitur Spiritus Christi Rom. VIII. v. 10. Spiritus Jesu Christi Phil. I. v. 19. In Trinitate sōna qvæpiam esse alterius, vel ut est principium principio. Principium alterius Sp. S. nem̄ eo ut principio sit. Qvia III. dicitur Joh. 16. 28. Pater mea sunt. Relationem paternitatis videt. Qyoniam ergo de Patre dictum; adeoq; in Patre est aliquid secundum maliter Pater sed Spirator, de Filio quoque ret Sp. S. atque adeo & ipse verus Spirator si.

§. XLVI. Spiritum S. procedere à Patre sed qualitatem dicant Sociniani Joh. XV. v. 20 per Spiritum idem significari dicit Beza in h. non agi de ipsa Spiritu essentiā, sed de ipsius virtutē cuius virtutis autorem facit Patrem non ut sese rū sed ut discipulorum oculos à carnis infirmitate avevehat; ut norint videlicet, quā virtute sint deinde rūrum actiones personales velut sunt, venire, stari de Christo Sp. S. personalitatem satis suis appositi igitur, sic lubet *περὶ δὲν*, à Graecis ad essentiam Spiritus S. addo: personæ Sp. S. vam probandam dictum hoc citatum est.

§. XLVII. Hanc processionem à solo Christi, qvod faciunt etiam Sociniani. Weigelius partim à Patre & Filio procedere dicitat pars Patre in V. T. ab utroque in N. T. distingvens om̄e V. & N. T. M. Antonius de Dominis LVII. dicit §. 119. ambiguè loquitur: Spiritum S. à Patre & à duobus principiis, sed ab uno procedere, ego putō sacrī non parum consentaneum, & negare hanc p̄iculōsam. Hęresin non facile dixerim: neque c.



n S. pro-
ore illius
Missio
II. Qvia
IV. v. 6.
itur per-
ab eo ut
tat ut ab
inia qvæ
lam qvi-
t Spir-
est for-
vod spi-

ersonam
propria
qvit, hic
in nobis:
xcludat,
ntuitum
i. Ve-
dere, te-
t. Sa-
Græcos
n relati-

nt Græ-
o Patre,
4. à solo
Spiritum
cap. 10.
zinquam
tripuris
esse pe-
nam ba-
beatur

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 1263